



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. IX. Cæsareorum, Regiorum, Principalium; omniumque denique
sacrorum & Politicorum Senatorum ac Consiliariorum consultrix lingua
formatur, firmaturque contra lapsus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Plutarchus memorat: Melios populos cum solo ampliore indigerent, ex insula sterili abiisse. Nymphæo juvene coloniz ducenda prædicto. Decretum autem erat, illic habitare, Deo iubente, ubi naves, quibus veherentur, amitterent. In Cariz littora delati, naves tempestate convulsas amiserunt. Cares qui Crayllam urbem incolebant, sive illorum miserati, sive audaciam veriti, secum eos habitare jusserunt, & agri sui parte impertiverunt. Melii à Caribus tam benigne suscepti, agros sibi assignatos latis successibus coluerunt. At Cares peregrinam gentem brevi temporis spatio, nimis incrementis auctam videre, & invidere fontanam, atque de illa comprimenda cogitare: habuitque ea res feriam deliberationem. Hoc denique conducibile visum, Meliorum primores ad convivium vocatos, ubi mero incalescent, trucidare. Consilium hoc quantumvis arcanum virginem Cariam, cui Capheia nomen, non latuit. Hæc Nymphæo Meliorum duci civium suorum consilium aperuit, monuitque insidias cavere. Quocirca & Nymphæus cum suis consilium prestat, quâ ratione scarios in suum jugulum conductos præverterentur. Re deliberatâ convivas se stiterunt Melii, sed unâ cum uxoribus, quarum veste abdebant arma. Cena ad umbilicum perducta, tesseram dederunt Cares aggrediendis jam & obtruncandis Meliis. Nymphæus ad rei gerendâ articulum attentissimus, suos foriter jussit agere. Hic Melii gladiis uxorum fide subministratis, barbaros adorti universos interfecerunt, agros & urbe illorum potiti, à quibus interficiendi fuerat. Et hic quoque consilium malum consultoribus fuit pessimum: suis consiliis saturati sunt Cares, & ferrum quod aliorum cervicibus acuerunt, suis receperunt. Adeo nihil in sacris, nihil in profanis vulgaribus, nihil quotidianis experimentis testatur, quàm malos malis consiliis male perire. Eleganter dixit Petrus Chrylogorus: *Fremet dolositas se decepta, & in se fraus reversa colliditur. Herodes fridit, cadens ipse in laqueum, quem tetendit. In altum tendens cadit ab alto, calum pulsans intrat profundum, in se vadit qui vadit in demum.* Nemo unus facile inventus est hæcenus, qui mali consilii malum eventum non & ipse senserit. Astutos Deus apprehendit in astutiâ eorum. Optime Augustinus: *Proptus fratres mei, inquit, ita credite, ita certi estote, ita si est in vobis excellentior prudentia ratio, videre atque perspicere nemo malus quin prius sibi ipse noceat.* Consilium malum consultori pessimum. Dicta consignans sapientissimus Ecclesiastes: *Qui fodit foream, inquit, incidit in eam, & qui dissipat seminem, mordebit eum coluber. Qui transperit legides, affligetur in eis, & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.*

A nem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio.

Nimirum, salus ubi multa consilia. Est enim lingua sapientum Prov. cap. 11. sanitas. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium, vers. 14. & ubi verò sunt plures consilarii, confirmantur. Præclare cap. 12. v. 18. Ambrosius: *Pecunia, inquit, facile consumitur; consilia ex- Ambros. l. 3. hauriri nequeunt. Hæc usu augentur, pecunia minuitur, & c. offic. cap. 15. id desit.*

Parvi arma sunt foris, nisi consilium est domi.

Consilium autem collatum, quod in plures diffunditur, eò redundantius manet, & in suum fontem recurrit. Adeoque verissimè Joannes Sarriberiensis: *Impossibile est, inquit, ut Sarrib. lib. 5. salubriter disponat principatum, qui non agit consilio sapientum.*

Consiliarios Ducibus, Regibus, Imperatoribus, civi- Necesse est tatibus, provinciis, regnis planè necessarios esse, nemo esse consiliarius. Difficilius est qui sapiat & dubitet, quales sint consilarii, à nostro

instituto alienum est fuscè disceptare. Hoc unum hic agimus, ut Consiliarium linguas à lubrico abducamus, firmemúsque contra lapsus. Quare, ut hoc ordine faciamus, & cum veniâ vestrà, eruditissimi, nobilissimi viri, septem dumtaxat Aphorismos in medium dabimus, CONSULTRICIS linguæ directores. Non facile delinquet linguâ Consiliarius, senator, quicumque demum suator, qui septemplex hoc documentum ausus fuerit non respicere.

APHORISMVS 1. Consiliarius secreti tenacissimus Septem sit, privatæque cum aliorum principum legatis collo- functiones quia viter. pro con-

2. Consiliarius Linguam Audacem abhorreat, Modestam assumat.

3. Consiliarius tam linguam Ancipitem quàm Præcipitem summe caveat.

4. Consiliarius Linguâ pervicace careat, Constante vigeat.

5. Consiliarius Adulatoriam linguam exerceatur, se- detur Veracem.

6. Consiliarius Linguam Argenteam extremè oderit.

7. Consiliarius ante omnia Linguam habeat Liberam.

Has leges rogamus, has figimus tabulas, consiliario- rum ac senatorum omnium linguis. Quàm autem hæc sanctiones, & rationi, & sapientum vocibus, & sacris voluminibus, & omnis antiquitatis consuetudini sint congruæ, nunc paulò explicatius trademus.

§. I.

APHORISMVS PRIMVS. Silere docet jubetque fi- r. Secreti delissimâ taciturnitate secretum tueri. Principis fidelissimâ aut Republicæ consilia enuntiare, est Principem aut Republicam prode. At res rara est inter multos, si- lentium. Illud hic remedium est, ut quid faciendum sit, multi judicent, quid facturus sit princeps, pauci sciant, aut nulli. Ideo tam necesse quædam consiliarios, quàm Tacitus l. 1. scire oportet. Taciturnas optimum est tutissimumque histo-

administrandæ rei vinculum. Sacramentum regis abscon- Tobia c. 12. dere bonum est. Apud Persas certè in consiliorum societate- vers. 7. tem nemo venit, nisi taciturnus & fidus: & è veteri eorum disciplinâ, Regum arcana cum vitæ periculo custo-

diebantur. Et vera vox Curtii est: *Res magna ab eo sustineri Curtius l. 4. non possunt, cui tacere grave est.* Egyptii hæc in re severi, qui- In Ægypto bus lex erat linguam ei abscindere, qui arcana Repu- pena de- blicæ detexisset, cum meritò dici posset proditorem se- regentium cretorum, regnorum proditorem esse. Neque ab hoc arcana Reip. erat multum abest, qui privata cum aliorum principum le- abicissio. gatis colloquia init: proditoris certè suspicionem in- linguae currit. Romani cruce aut rogo tale genus piaculi mul- tarunt. Quamvis supervacanea videri potuerit hæc lex

apud eos, quorum curiam sic clauserat silentium, ut non dicam unum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum. Enituit hac in re

virtus Pompeji, qui dum legationis officio fungeretur, à Cæcio rege interceptus, cum senatus consilia prodere

jubetur, Valerius l. 3. cap. 3.

CAPVT IX.

Cæsariorum, Regiorum, Principalium; omnium denique sacrorum & politicorum senatorum ac Consiliarium CONSULTRIX Linguâ formatur, firmatque contra lapsus.

Miror equidem vehementer Assuerum potentissimum regem adeo dominum iræ fuisse, ut licet gravissimè in reginam Vasthæ excandesceret, in eam tamen non prius animadverterit, quàm procerum suorum sententiam exquisisset. Luculentè sacer scriptor: *Iratus rex, inquit, & nimio furore susensus, interrogavit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges ac jura majorum.* Sed & Nabuchodonosorem miror turgidissimi supercilii monarcham, deliberatum sibi bellum non antè cœpisse, quàm consiliarios omnes, ducisque bellicos super eâ re consultantes audisset. Nam, quod sacra pagina testatur, *Vocavit omnes majores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilii sui, dixitque cogitationes illorum.*

juberetur, ardenti lucernæ digitum admovit cremandum, eaque patienti regi simul & desperationem tormentis quidquam ex se cognoscendi excussit, & ambiendæ apud populum Romanum amicitia cupiditatem magnam ingeneravit. Notum Papyrii apud matrem tam silentium, quam lepidum ac festivum mendacium, quo curia secreta tegerentur. Nota vox Cæcili Metelli: Si scirem, aiebat, hanc vestem mei consilii conficiam esse, protinus eam exuerem, & in flammis abjicerem. Non stultitiam solum sed & perfidiam suam prodit, qui Reipublicæ arcana continere nescit. O quanta regna & exercitus stertissent, si stertisset lingua sui non oblita! Prædicanda sanè Spirensis curia lex est: *in senatu dicta, gesta, iudicata aeterno silentio reguntur; nihil in jussu Cæsaris revelantur*. Scitum utile ac necessarium. Nihil illi tunc committitur, nec omnino consiliis admoventur est, cui occulta principum virâ ipsâ potiora non sunt. Profecto cum iis minime communicanda sunt consilia, qui instar dolii in plurimas rimas facientis, ea quæ infunduntur, continere nequeunt. Merito rex Syriæ molestissimè tulit, sua hostibus consilia patere, quod tamen nullius regi consiliiarii vitio evenit, sed Deo Eliaeo vati rem patefaciente. Hoc quia rex ignorabat, se suâque omnia hostibus prodita ratus, convocatis servis suis, ait: *4. Reg. c. 6. vers. 11. Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israël: dixitque unus servorum ejus: Nequaquam Domine mi rex, sed Eliaeus propheta, qui est in Israël, indicat omnia verba* *Vide que de Lingua Revelat c. 18.* *quacunque locutus fuerit in conclavi tuo. Ergo consiliiarius filere discat, ne proditor fiat.*

§. II.

APHORISMVS SECVNDVS. Consiliiarius linguam Audacem abhorreat, Modestam assumat. Audacia consilia mutandis rebus, quam servandis aptiora sunt. Audacium consiliorum auctores reprimuntur, si quod ore suadent, manu prosequi cogantur. Nulla tamen his reprimendis efficacior ratio, quam dictorum rationem exigere. Hic illi aut in vado hærebunt, aut absurdiora respondebunt. Imprudentis namque dicta ratio longe solet esse imprudentior. Dubium sit, plûsne noceat nimis cautus, an nimis audax consiliiarius. Ajunt in curiis consiliarios triplici fere discrimine censeri: quosdam illorum à litteris innatæque prudentiæ atque ab experientiâ, non multum prædidi adferre ad tantum munus, hoc uno valere, in dicendo esse omnium audacissimos: alios verò tam lectione quam auditione rerum præstare, cetera timidissimos esse, & raro ex animi sui sententiâ dicere: demum alios tam dicendi libertate quam eruditionis ac prudentiæ dotibus excellere, sed horum esse quam paucissimos, eosque in singulis curiis vix numero æquare portas quæ Thebis fuerunt. Hinc illa lacrymæ & magna rerum dispendia. Audacia consiliiarii laudanda est, si sola non sit, sed doctrinâ, probitate, experientiâ nitatur: ubi hæc fulcra defuerint, omnia in præceptis ruere necessum est. Modesta lingua dignitatis suæ fiduciâ non effertur, nec in aliorum injuriam vertitur, & sine asperitate loquitur. Consiliiarius modestus amans, caveat ne quid in alterum atrocius dicat, faciatve. Nam sæpe quod potentior est, qui facit injuriam, eo gravius dolet is cui inferitur. Nam propter illius qui nocet auctoritatem, putat offensum hoc magis ad infamiam suam spectare. Quam verò ille à modestiâ procul abiat, qui plenus sui, quilibet in quemlibet dicere, alios præ se nihili ducere, intolerantiùs sese jactare, & altos proflare spiritus non veretur, quasi solus videret, legisser, nosset omnia. Hesiodus poetarum prudentissimus, linguam non vulgandam sed recondendam esse dixit perinde ut thesaurum, ejusque in promendo gratiam esse plurimam, si & modesta sit, & parva, & moderata. Porro ad modestam consiliiarii linguam pertinet, præfenti animo, patienti quæ silentio aliorum opiniones au-

dire, nec dicentis orationem interrompere, quantumvis absurda & nullis fundamentis nixa dicantur. Quin imò finitâ jam oratione, non subito contradicere, & in contrarias rationes erumpere convenit: dandum potius aliquid spatii quo integrum sit dicenti, aliquid dictis addere, demere, mutare. Nam eos qui statim contradicunt, alieni sermonis molestos interpellatores imprudentia notans Salomon: *Qui prius, inquit, respondet quam interrogatus, stultum se esse demonstrat*. Lingua modesta minime rificè juvant, non faciem esse credendo, dando, promittendo, decernendo, multò minùs irascendo. Cito credere, levis promittere, temerè dare, plerumque penitentiam accersunt. Hebraeus rex David nimis cito credidit servo contra dominum mentienti, & sententiam tulit non æquam. Illud denique modesta lingua unicè curat, ut excocto, simplici, ac restricto sermone, non crudo, non affectato, non prolixo utatur, ne fastidientes & sabburatas, ut Comicus loquitur, auditorum aures efficiat. Lingua modesta etiam errando non errat. Amica certè omnibus est Modestia.

§. III.

APHORISMVS TERTIVS & Ancipitem Linguam. Ancipitem linguam eam vocamus, quæ verba jactat ambigua & perplexa, quæ vasè artificiosèque dicenda construit, ita ut in omnem partem torqueri facile possint. Fridericus Imperator optabat à consiliis dandis abesse duo hæc, *simulationem & dissimulationem*. Itaque Consiliiarii loco habendus non est, qui ita verba moderatur, ut quidquid venerit, rectè dixisse videatur. Improbi hominis est, initio verum celare, tandem, quò res inclinat, sententiam torquere. Bonæ notæ Consiliiarius mavult errare sincerè loquendo, quam scopum tangere malignè simulando. Atque hoc Justitia jubet. A Charitatis officio Justitiæ officium hoc differt, quod illud intermiti possit, cum aut privatum timetur damnum, aut nullus officii speratur fructus: istud verò quod Justitia exigit, est nulla spes fructus sit, est proprium terrear detrimendum, est tamen præstandum. Et tale Consiliiarii est officium. Sed objicias: Frustra dissentit, & odium sibi querit, qui plurimorum calculis contradicere. Non frustra hoc fit, mi homo: ea enim veritatis vis est, ut emergat demum, vinetaque. Sed nec ullo modo frustra est, officium suum facere, quicquid sit eventus laboris. Mali Consiliiarii signum evidens est Ancipes lingua.

Nec Ancipitem tantum, sed & Præcipitem linguam caveat in medium consulturus. Tunc solum celestis locus est, cum mora periculum creat. Aliàs præceptis lingua semper proxima ruinas nec diu vires retinet, quidquid impetu agitur. Nulla res potest esse eadem festinata simul, & examinata. Itaque fit ut Præcipitem linguam penitentia, sed sera & inutilis sequatur, cum præcipitata raptim consilia, neque revocari, neque in integrum restitui possint. Corbulonis apud Tacitum præceptum est: *Compositius cuncta quam festinantius agere*. Nam festinatio improvida est & cæca, quam proinde error sequitur, errorem infelicitas, infelicitatem penitentia. Cum legati Thebani vehementer urgerent responsum Athenis, Agefilaus prudenter cunctatus: An non scitis, inquit, cum seria res agitur, in morâ multum esse consilii? Ut merito Diodorus apud Thucydidem dixerit: *Celeritatem, & iram bonæ consultationi maximè contraria; quorum alterum cum amentia conjunctum esset, alterum cum imperitiâ & consilii renuitate*. Thomas Morus illud Angliæ fidus, ad maturata consilia regios senatores cohortabatur, imò ut nihil nisi probe examinatum in senatu statueretur, censebat, quo die primum quid proponeretur, nihil de eodem disputandum, sed in proximos conventus differendum; ne quis temere, quod in buccam venisset, effunderet, dein absurda quæque stultitidis

Lex curia
Spirensis
de servando
secreto.

4. Reg. c. 6.
vers. 11.

Vide que de
Lingua Re-
velat c. 18.

2. Consilia-
rius lingua
audacem
abhorreat.

Consiliiarii
in curiis
triplicis
sunt discrimi-
nis.

Audacia
consiliiarii
in quo lau-
danda.

Gl. lib. 1.
Noct. Attic.
c. p. 15.

stabilendis suis decretis excogitaret, malléque publica salutis quam suae existimationis jacturam facere, per- verso ac praepostero pudore. Quod quidem monitum videtur fuisse ab Alexandro Severo Imperatore, qui re Consiliariis proposita, spatium ad disquirendum cogitandumque dedit, ne de rebus saepe ingentibus incogitari sententias dicere cogentur. Itaque bene prudentérque monebat filium Leo Imperator: *Delibera tarde, nisi aliqua necessitas celeritatem requirat: at ubi consulueris, sistenter exsequere.* Tarditas, anima est consilii, celeritas executionis. Quocirca Consiliario cauta potius consilia cum ratione, quam felicia ex casu placeant: & Anceps lingua & Praeceptis summe displiceant.

§. IV.

APHORISMVS QVARTVS. Consiliarius omnem linguam perniciem declinet, Consiliarium amet. Sapientis est suae sententiae non nimis tenacem esse. Neque levitatis est aut inconstantiae, suam sententiam cedere, ut sequi liceat meliorem. Nam uti viator, bonam etiam viam decedit, si quis monstrat meliorem aut compendii facilioris; ita consilii mutatio nequaquam indecora est, quantumvis gravi & erudito viro. Magnae felicitatis est optima primo intuitu vidisse, sed potior est ille qui se minus alio vidisse ingenue profiteretur. Nam melius est recurrere è medio cursu, quam male currere. Stoicam philosophiam hac in re meritisimè damnans Seneca: *Secta vestra, inquit, hoc loco titubatur, & illud superbum promissum, nunquam sapientem facti sui penitere, nec unquam emendare quod fecerit, nec mutare consilium. Non est levitas à cognito & damnato errore discedere; & ingenue starendum est. Aliud putavi; deceptus sum. Haec verò superba stultitia perseverantia est. Quod semel dixi, qualecunque est, fixum ratumque sit. Non est turpe remutare consilium.* Quotus enim quisque est, quem non aliqua pars ignorantiae attingat? Ideo boni & prudentes viri, sic ubi ipsos errare contigerit, indicat veritati libenter assentiuntur; at vulgus ineptum contumacissimum est. Tanto dignior laude C. Cassius qui auctoritati servandae nunquam ulli facile contradicebat, si Tacito credimus, qui Cassium ita locutum memorat: Simul quidquid hoc auctoritatis in nobis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum si quando Respublica consiliis eguisset. Hoc ipsum salubriter cavetur ab augustissimo illo Spirensi ac totius Imperii senatu, lege, quam Caesar, atque ipsi Assesores sibi dixerunt: *A dissidiis utrinque contumeliisq; abstinento, & concordiae mutuo studento.* Dissidia lex damnat, non quae ab rationatione, sed quae à pravis affectibus emergunt. Hi ubi Consiliarii animum occuparunt, eò hominem impellunt, ut omnis consilii quamvis egregii, quod non ipse affert, inimicus sit, & adversus peritos pertinax pugnet. Sunt qui suae sententiae sic inhaerent, ut alios omnes grandi supercilio despiciant, tanquam bardos & nullius iudicii homines. Talis omnino Caiphas Pontifex: *Vos, inquit, nescitis quidquam, nec cogitatis.*

Memoranda hic Aristidis ingenuitas, qui cum Themistocle minimè amico in legationem missus: *Visme, inquit, o Themistocles, ut in his montibus inimicitias paulisper deponamus, recepturi eas cum redierimus?* Quo quidem docuit vir prudentissimus, similitates tunc maximè ponendas, cum Respublicae negotium promovendum. Quod si legem Christianam lapsisset Aristides: Velis jubeas, dississet, o Themistocles, ut inimicitias ponamus, eas aeternum non recepturi.

Inter Romanos Plancus ille Ciceroni familiaris, hac animi moderatione excellens: *Non me impediunt, inquit, privatae offensiones, quo minus pro Respublicae salute, etiam cum inimicissimo consensiam.* Audite Christiani, audite senatores ac consiliarii, qui quandoque bonum publicum privatis publicisque similitudinibus affligitis, & plurima pro

Tom. I.

A affectu, non pro rationis suadetis, omnes Aquilae plumas evulsuri (nisi vis obstat ab alto) omnes leoni ungues praecursuri, ut vester imperet affectus aut impetus.

Atque ego hic pertinaciam damno, non Constantiam, eosque Ciceronis etiam calculo perstringo qui errare malunt, eamque sententiam quam adamaverunt, pugnacissimè defendere, quam sine pertinaciâ, quid constantissimè dicatur, exquirere. Perviciacia est post discessionem è Curiâ, & re, quae in deliberationem venit, peractâ, suae sententiae etiamnum mordicus inhaerere. Nam re integrâ quin liceat in alia omnia ire, nemo est qui id nesciat. Atque hic opus Constantiâ Veritatis comite, quae Consiliario inter primas necessaria. Nihil enim est Tullii sensu, quod tam debeat, quam in omni re gerendâ consilioque capiendâ ferre Constantiam. Non satis est veracem esse, ac ingenue indicare quid expetendum, fugiendumque sit, sed praesenti constantique animo gradum in eo figere oportet, ac stare, quod semel deliberatum est, judicatumque. Non natate sed constare sibi debet animus. Ficulnei Consiliarii sunt, qui huc illic fluctuantes agitantur. Interdum alia, deinde alia decernunt; ut eorum qui dominantur, simulas aut arrogantia fert, ita bonum malumve publicum existimant, ita in omnem auram eventulantur.

Alium se gessit Metellus Numidicus, nobilissimum Constantiae specimen. Hic cum animadverteret, quod seditiosi conatus Saturnini tribuni plebis tenderent, quantoque malo Reipublicae, si non his occurreretur, erupturi essent, in exilium quam in legem ejus ire maluit. *Potesne aliquis, inquit Valerius, hoc viro dici constantior, qui ne sententia sua pelleretur, patriâ, in qua summum dignitatis gradum obtinebat, carere maluit.* Non minus Scaevola animus sibi constabat. Cum enim Sylla urbem occupasset, senatum armatus coëgisset, jamque unum illud ageretur, ut C. Marius hostis judicaretur, & illius voluntati nullus auderet se opponere, solus Scaevola hac de re interrogatus, sententiam dicere noluit. Et Sylla truculentiùs minitanti: *Licet, inquit, mihi agmina militum, quibus curiam circumdedisti, & tentes, licet mortem identidem miniteris, nunquam tamen efficies, ut propter exiguum ac senilem sanguinem meum, Marium à quo urbs & Italia conservata est, hostem judicem.*

Quis Thomas Morus, illud Angliae decus, quam constans in tuendo vero? Revera illi aetrixplex circa petus & ahenum robor. Mori maluit, quam non verum dicere: Itaque caput perdidit, ne perdere cogetur libertatem veritatis tenacissimam.

Quis in eadem gente Reginaldus Polus? qui jus & aequum eâ constantiâ defendit, ut cum caput illius quinquaginta millibus aureorum proscriptum esset, diceretur: *Jam satur sum vitae; qui eam mihi ademerit, hoc praestabit officii, quod ille qui dormitum ire cupienti vestes detrahit.* Hanc ergo Constantiam laudamus, non Pertinaciam. Artificiosissima mixtura est, pertinacem non esse, & tamen esse constantem. Quis enim neget consilia mutari posse? quo sensu illud Oratoris capiendum: *Non inconstantis puto, sententiam tanquam aliquod navigium ex Respublica tempestate moderari.* Hinc Leonidas objicienti quòd facile mutaretur: *Mutor, inquit, sed temporum ratione, non ut vos, proprio morbo.* Nimium pro re & tempore variari potest consilium. In quam sententiam optimè Augustinus: *Turpe est, inquit, mutare sententiam, sed veram & rectam. Nam, & stultam & noxiam, laudabile & salubre est. Sicut autem constantia non sinit hominem depravari, sic perviciacia non sinit corrigi. Proinde sicut illa laudanda, sic ista est emendanda.*

§. V.

APHORISMVS QVINTVS. Consiliarius adulatorem linguam execretur, veracem sectetur. Nam veracem sectetur.

Fff

assentari

Constantia in consiliario est maxime necessaria.

Valer. lib. 3. cap. 8.

Cic. orat. pro Cn. Planc.

Augustinus epist. 214.

Adulatoriâ linguâ

execretur,

veracem sectetur.

assentari (uti Græcorum disertissimus loquitur) & placida loqui, in concilio perniciem Reipublicæ maximam adferre solet. Medicus si vel semel pro pharmaco venenum proponat, invisus semper est: ita consiliarius si vel semel vitii benignus detestanda commendat, aut Domini sui virtutes supra verum extulerit, in aliis fidem ægrè faciet. Neque enim fideles sunt censendi, quorum hoc unum officium est, una hæc contentio, placere Principi, & cum quàm blandissimè fallere. Ut umbra, quidquid egeris, quod te verteris, semper adest & respondet suo corpori, sic isti, quocunque purpura vel sceptrum verterit, eò circumagunt se, & sui semper dissimiles pro re nata sese adaptant; planè similes Heliotropio flori, cuius tantus est amor in solem, ut cum ipso circumagatur, & quocunque sol deflexerit, eodem flos iste caput suum declinet. Ita hi Laudentes & Placentini Consiliarii, in rebus omnibus ad dominorum suorum voluntatem sese accommodant, nec quidquam nisi ad gratiam loquuntur. Quocunque heilis vel oculus vel manus, etiam sine voce annuerit, abnuertive, eodem ipsi toto corpore propendunt, nec unquam ad hoc virtutis aut virium proficiunt, ut adversari audeant & refellere non probanda: omnia compositis verbis & assentatione tortuosâ transigunt, modò pax sit in diebus illorum: verum regere, nihil esse piaculi censent, modò gratiâ non excidant. Aliter longè Iloerates: Abesse, inquit, omnis assentatio, & ejus, cui consilium datur, utilitas, & rei veritas spectari debet.

Ochozias Rex improbitatem suam Consiliariorum suorum adulationibus imputet. Rex Amnon suum suorumque interitum consiliariis suis acceptum referat. Philippum Macedoniæ regem Demetrius ejus consiliarius in maximam quoque calamitatem impulit. Narrat Demetrius Philippum ardere cupidine alieni soli, quare non difficulter illi persuasit, Græciam & Italiam occuparet. Consilium hoc adulatione merâ formosum secutus Philippus, bellum movit Atheniensibus. Hi fœdus composuerunt cum Romanis, qui Philippo victo Macedoniam occuparunt. Ita rex & aliena quæ appetierat, non obtinuit, & quæ possederat, amisit. Tales ut plurimum eventus, sequuntur adulatorum consilia; quorum principia quidem jucunda, at eadem exitus habent amarissimos. Antiochus Rex adulatorum vocibus infatuatus, veritatem nunquam audisset, nisi venationis studio avius & aberrans in rustici tuguriolo divertere coactus fuisset. Hic super mensam injectus sermo de rege. Paterfamilias regem quidem virum bonum, sed duplici notâ infamem esse dixit, quod consiliarios haberet malos, & regni negotia ob insanum venandi studium negligeret. Tacuit rex in præsentia. At primo diluculo advolantibus ad casam famulis: Heri demum, inquit, veritatem audiui, vos palpi pro veritate obtruditis.

Justinianus cetera sagax Imperator, in hos ipsos tamen casus incidit, à Triboniano Jurisconsulto per adulationem turpiter deceptus.

Rem mirissimam narrant de Senatore, imò adulatoris regio. Ajunt Luteriæ in foro frumentario, os cloacæ ostendi hodiè; ubi sepeliri voluerit consiliarius, quem prave adulationis serò pœnituit. Regem is tristitem ac sollicitum viderat, ob angustias ararii. Suasit igitur vitæ catus, ut rex è minimis rebus quas rustici in mercatum deferrent, unum alterumve numulum exigeret; idque in biennium duntaxat. Collectâ pecuniæ vi non modicâ, exactiones plures eodem exemplo excogitatæ sunt. Hic primus exactionum talium inventor, cum videret idem auctoritatis sibi non esse in dissuadendo, quod in suadendo fuerat, extremis mœoribus confici cepit, & animi salutem desperare. Atque ut à seipso pœnas consulte adulationis expeteret, aliosque calamitate suâ doceret, testamento cavet, ut illic sepeliretur, quod fori purga-

menta confluerent. Dignum hoc auctore monumentum. De blandientibus his adulatoribus verissimè Alexander Severus pronuntians: Hi sunt, inquit, qui principes perdunt, qui eos à populo semovent, qui soli interitum suum, in aliud quam responderetur, sepe referentes, claudentes Principum suum, & agentes ante omnia, ne quid sciat.

S. VI.

APHORISMVS SEXTVS. Consiliarius linguam argenteam extremè oderit. Siquidem quæ reverentia legum

Quinque aut pudor est unquam properantis avari? Quid enim iudicii, ac consilii, quid fidei in eo erit, qui non bonum publicum, sed privatum, sed suum tam sollicitè querit. Nimirum nec pensis quidquam nec sancti habebit, qui linguam habet argenteam. Eam potè argenteam voco linguam cui omnia sunt venalia, modò argentum impetret. Sunt, quibus nulla nec salaria nec præmia satis grandia, seque digna censentur: plus petunt, ulterius exigunt, nunquam satiabiles, nullis donis explebiles. Quàm hic Romani temperantes, & à corruptelis istis alieni? Fabius Piccor, Q. Fabius Gurgæ, Q. Ugo linus, C. Numerius legati ad regem Ptolemæum missi, munera quæ ab eo privatim acceperunt, in ætærum Romæ prius detulerunt, quàm ad senatum legationem referrent. Scilicet de publico ministerio nihil cuiquam, præter laudem bene administrati officii, accedere debere judicantes, sic animo adversus cupidinem invictò publicam rem antehabuerunt private utilitati. Verùm (quæ senatus humanitas fuit) reddita sunt legatis, quæ in ararium contulerant, non solum Patrum decreto, sed etiam populi permisso. En, quàm solliciti fuerunt viri integerrimi, ne quid de sua fide & integritate delibaret tanti regis in se munificentia. Quare Romanum ararium potius, quàm suas domos opulentias malebant. Sed cum hac continentia liberalitas senatus merito certavit & vicit. Hæc quàm alii sunt mores, nostro hoc ævo? Omnes pecunie vias novimus. Phancem dixeris illum, qui munera, oblata ultro audet non accipere. Sed nec ii laudandi, qui hoc unum fatagunt, ut domino suo ararium stuant, quacunque demum ratione id fiat: qui æstimant lulum esse vitam nostram, & conversionem vite compositam ad lucrum, & oportere undecunque etiam ex malo acquirere. Ubi nunc Helvidi Prisci, qui cunctis vitæ officiis æquabiles, opum contemptores, recti pervicaces, constantes adversus metum. Interrogavit hominem aulicum unus aliquis è purpuratis Patribus: Cujusnam consiliarii fidelissimum esset censendum consilium? respondit alter: Contemnentis aurum. Prædenter dictum ac verè, & ad mentem Demosthenis qui asserebat, Non esse apud eos, quorum omnia studia, & cogitationes ad avaritiam referuntur, quidquam vellemi vel sancti. Dixit, sed non fecit Demosthenes. Quocirca providè apud nonnullos populos lege cautum est. Ne ii in consilium adhibeantur de bello, qui agros hostibus finitimos habent; quod rei privatae aspectus, prudens consilium impedit. In hunc ipsi finem Consiliarius privata cum aliorum Principum legatis colloquitur vitet, nec in circulis de rebus magni momenti disputet. Hæc talia venalem & argenteam linguam sapient.

Memorari dignissimum est, quàm ille, magnarum virtutum geminæ Comes Elcearius, hæc in re moderationem animi præ se tulerit. Erat Elcearius ob eximias suas virtutes Roberto Galliarum Regi, ejusque filio Catolo, inter primæ admissionis amicos charissimus. Hinc fiebat ut è Elcearii domo lautissima munera ad Elcearium sapientissime domo commearent: sed ille continentissimi propositi tenax omnia constanter repudiabat. Et ne regiam libertatem nimis agresti contumaciâ spernere videretur, dicere solebat: Se quidem tam munificè oblata posse accipere sine culpâ, veteri tamen, ne suo exemplo ali-

Joan. à Coc-
quier lib. 4.
theauri po-
litic. cap. 4.
quem hic se-
cuti sumus
præsumimus.

etarentur, qui acciperent munera etiam cum culpa. Itaque Eleazar in conclavi inter preces auditus est dicere: Domine, tu mihi in celo debes centum auri uncias, itemque duos pannos purpureos. Interrogatus, quid hæ preces sibi vellent? respondit, eo die munera sibi oblata, à se tamen repudiata esse.

Parendum igitur sapientissimæ Leonis Imperatoris cohortationi, quam ad filium Principem instituit, hunc in modum: Consultores adhibe experientes rerum, providos, perspicaces, erumnarum ac prosperitatis tuæ socios; ad cogitandum solertes, fideles, qui tibi neque ad gratiam obtemperabunt, neque illi qui rei susceptor existit, neque sibi mutuo, sed qui quod cogitant, dicunt, qui simplici animo & incorrupto sunt, nullumque ex iis rebus (notare obsecro, notare) lucrum quarunt, sed in eo ipso tempore, quid maxime utile sit explorant. Sunt enim, qui cum lucrum aliquod vel compendium, aut ad se, aut ad eos quos charos habent atque diligunt, pertinere posse vident, totam iudicationem rei eò transferunt: & quia pertinaces sunt, universum consilium, ab utilitate communi ad id quod ipsi volunt, devehunt.

Ita prorsus sit: ita Christiani principes inter se committuntur, dum consilium eorum pro suis quisque loculis pugnant. Consiliarius avarus & nimis inhians, aut proditor, aut nequam est. Fidelis nunquam erit, qui magis suam crumenam, quam conscientiam suam attendit.

Semper avarus amat mendaciam, furta, rapinas.

Quemadmodum Leo, sic & Justinianus Imperator, quemlibet Principem cohortatus: Festinabis, inquit, consilium, & quicumque circa te, assumere virum optimum & purum undique, & contentum iis quæ à Fisco dantur: si quid præter spem accesserit, & non inveneris eum custodientem tibi fidem iustam, illum quidem expelles, alio vero uteris consiliario, legem & iustitiam cum puris servante manibus. Compertissimum est: Ubi munera, ibi & perversa esse iudicia. Samuelis propheta sanctissimi viri filios confiderat, de quibus Regum fasti testantur: Declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera. Quid inde? & perverterunt iudicium. Ex illo istud exploratissima ratione concluditur. Ergo, aut Consiliarius fidelis non erit, aut lingua carebit argentea.

§. VII.

APHORISMVS SEPTIMVS. Consiliarius ante omnia linguam habeat liberam. Hic Rhodus, hic saltus: hinc Orbis lacrymæ, quod lingua aulicæ plerumque non sint libera. Sed ipsi sæpe Domini rerum ac principes in causâ sunt tam mutilæ libertatis; grata malunt audire quam verâ, vehementer scilicet & acriter libere oratione offenduntur, odiumque parit veritas. Hoc expertus est Achior, qui apud Holofernem de Israël's populo libere pronuntiavit quæ sensit. Sed agere tulit hanc oris libertatem turgidus imperator, compulsiue fidissimum suaforem transire ad hostes. Quæ res exitum attulit Holoferni, salutaris fuit Achiori. Nam qui cum Assyris perisset, eadem involutus clade, cum Hebraeis incolumitatem est consecutus. Revera perit rex, petiit princeps, cui bona consilia dare periculosum est. Theopompus interrogatus, quæ ratio regni servandi esset? respondit: Si iustam dicendi libertatem Princeps indaganda veritatis cupidus, consiliariis suis facultatem tribuat libere proloquendi quæ senserint, neque factis dictis, sed nec nutu ullo cuiusquam sententiâ se offensum ostendat, nisi veritatis velit facere iacturam: Si quidem plerique hominum adeo sunt imbecilles, ut vel minimam Principis offensionem plurimum reformident. Propterea cum consuluntur, ut etiam sibi

consulant. Dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Tom. I.

At hic de loquendi libertate loquimur, effusa licentia vel garrula impudentia nos minime patrocinamur. Sunt enim aliqui ab ipsa natura sic facti, ut modestia ac reverentia immemores, paullo etiam quam par esset concitatus in ipsos Principes ipsis audientibus invectantur, vibrantque linguas, & carpant potius quam moneant instituuntque. Talis omnino fuit Joab dux belli supremus, & consiliarius regis Davidis, homo effractus oris, qui licet regis sui amplitudini studeret, vehementius tamen & actius quam par erat, regem super Absalonis filii interitu dolentem allocutus: Confudisti hodie, inquit, vultus omnium servorum tuorum &c. Diligentes te, & odio habes diligentes te, & ostendisti hodie quia non curas de ducibus, & de servis tuis. Ohe, Joabe, ohe; nimis hæc acerba sunt in regem: hæc verborum amarulentiam non veritas, sed linguæ furor effundit. Licet vera dicere, etiam regi, sed modeste. Achior, quem dixi, hoc observavit, qui ad Holofernem dicere sic ingressus: Si digneris, inquit, audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & non egreditur verbum falsum ex ore meo.

Hanc modestam dicendi libertatem in consilio, cum primis desideramus. Sit fortis & liber, nec ad frontem sui domini sententias, sed ad suam conscientiam, & ad Dei gloriam dicat, & quamvis plurimum conviciis exagitetur, non tamen à recto discedat. Qui vera reticent, & falsa suadent, non tam se quam Rempublicam, & Principem in casum dant. Illud Seneca centies his

occinendum: Non vides, inquit, quemadmodum illos in præceptis agat extimata libertas, & fides in obsequium servile submissa, dum nemo ex animi sui sententiâ suadet dissuadetque, sed adulandi certamen est, & unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissime fallat. Nimirum vel spes eos vel metus abducit à vero. Ita fit ut dissimulent, tegant, colorent, ambagibus & amphiboliis utantur, veritatem verbis sic circumvestiant ac involvant, ut ne scias negantem an affirmantem partem tueantur, nam dicta sic artificiosè ac vafre construunt, ut quidquid deum principi placuerit, hoc ipsum illi dixisse videantur. Neque curant hi tales quorsum res evadat, dummodo sui Principis offensionem non incurrant. Hic scopus, hæc votorum summa est. Hos præclare monens Tullius: In omnibus consultationibus, inquit, neque gratiam spectandam, neque odia existimo; sed eam unumquemque sententiam dicere debere, quam ipse optimam censet. Deplorandum est ævum illud, quo Curia sunt elingues, in quibus dicere quod velis, periculosum est; quod nolis, miserum. Boni prorsus ac laudabiles ii, & auro contra à Principibus estimandi, qui excusso omni metu, libere pariter & modeste sententiam promunt, velut Theodorus ille Ammianus, qui solus pæne omnium erat, cuius linguam non effrenem, sed despicientem quæ loqueretur, nullus clauderebat periculi metus. Solebat Ludovicus XI. Rex Gallorum dicere, se in suo regno, & potissimum in aula sua, rebus pæne omnibus abundare, exceptâ re unâ, VERITATE. Nec degener ab hoc pater filius Carolus VIII. è pincernâ suo familiariter sciscitabatur, an non censeret paucos cælo reges admitti, & quid causæ assignandum: cumque alter verecundè cunctaretur, subiunxit: Quid miremur, si rari ad cælum reges cõmeent, raros habent circa se veri monitores.

Quocirca principi quandoque suo cortice, ut ajunt, natandum: audienda consilia, & non sequenda sunt, si consiliariis reclamet ratio, conscientia, lex divina. Fecit hoc Fridericus III. Saxonie dux, qui Erfordensium injuriis lacessitus Comitibus indixit. Erat inter proceres magnæ auctoritatis eques, qui bellum omni studio studebat, argumentis à dedecoris notâ, & victoriæ facilitate ductis. Huic ita suadenti dux: Præclare tu quidem, inquit, Sigismunde Liffi, pro teipso, cuius interest bella ex bellis feri, concionatus es; pro me non item, cuius gloria

Fff 2

gloria

*Ennas Syl-
vius lib. 3.
comment.
de reb. gest.
Alphenji.*

gloria & incolumitas è subditorum commodis potius quam ex hostium ruinâ & interitu pender. His mali consilii auctorem repressit. Nec aliter egit Fredericus III. Romanorum Imperator, qui Ladislaum Hungariæ ac Bohemiæ regem, sed etiamnum puerum, sanguine sibi conjunctum educavit. Non defuerunt homines maligni, qui puerum suavi sed clandestinâ nece tollendum censerent, cuius mors opes & regna esset allatura. At Imperator: Quis sit, aiebat, quod me opulentum potius quam pium erga meos esse cupitis? Facessat consilium impium: ego divitias non sic amo, ut propter illas committere velim rem nefariam. Non libertatis hoc fuit suadere, sed crudelitatis. Nos eam à consiliario libertatem exigimus, ut aperte, ingenuè, libere, & ex interiore sensu suadeat dissuadeatque, non utilitate solum, sed & honestate spectatâ. *Ubi spiritus Domini, ibi libertas.* Quod & priscorum illud submonet: *Aperto pectore. Res maximi momenti & non levis flagitii est, Consiliarium principi iurejurando obstrictum aliter dicere quam scientia & conscientia dicent. Extincta est libertas, si metus terreat, spes gratiæ os claudat, aut aliud promat Lingua, aliud recludat pectus: si dicturus seipsum aut suos attendat, si taceat, dissimulet, contortè dicat: Ubi libertas non est, nec spiritus Domini est.*

§. VIII.

*Veritas cū
libertate
promenda
est.*

Sed hinc plurima solent objici. Est qui dicat: Solus ego torrentem sistam, aut contr. nitam, solus ego negem tot cererorum ajenibus, præsertim si mihi noceam, nec causâ prosum? Sint hæc ita; nihilominus tamen cum libertate promenda veritas: nam ceteri aut sententiam mutabunt, aut certe in posterum cautius dicent. Sed iterum obducunt: Sæpe deliberari de re jam constitutâ: hinc frustra sit, ajunt, multa movere, aut contradicere. Non frustra erit, mi homo; nam deinceps statuetur confidentius, si quis jam reclamet cum ratione. Dein alii his exemplis sient animosiores. Unicus dux belli nescio quot fugientes in aciem & ordines potest compellere. Et quamvis hinc restitisse nihil proficiat, satis est officium suum fecisse; fructus conscientiæ maximus est, muneri suo non defuisse. Cur autem, obijciunt iterum, meo me damno invisum faciam, & ultro in aliorum odium veniam, quod ego meique posteri luan? Respondeo, qui solâ charitatis lege obstringitur alium libere monere, potest id quandoque certis de causis omittre: at verò qui lege justitiæ verum dicere obligatur, etiam cum detrimento suo verum dicere tenetur, & contra torrentem niti, quod Hieronymus Albanus explicatius tradit. Exemplo, id quod dicimus, demonstratur. Quindecim senatores sententiam dicunt in curiâ; quatuordecim ore uno affirmant: decimus quintus, si quidem ei aliter visum, etiam sine spe profectus, etiam cum suo damno, illis non assentiri obligatus est, nec ullo modo potest dicere, *Placet*. Dicat ergo, sed modeste: Domini faciant quod placuerit, de re propositâ ego quidem sic sentio &c. Et hujus rei causâ est. Præcepta enim quæ vocant negativa, semper obligant: qualia sunt: Ne consentias, ne sis participes sanctionis malæ. Si hoc fide bonâ decimus quintus senator, quem dixi, fecerit, etiam si ceterorum sententiis damnum grande proveniat, is solus tamen à faciendo damni restitutione immunis erit, obligatus ad id ceteris. Nec quisquam hinc dixerit: Sum juvenis, nec tantæ auctoritatis; meis etiam liberis prospiciendum &c. Ficulnæ rationes sunt, & necassem valent. Jusjurandum principi datum, & conscientia divini timoris non expers, illa omnia humana terribilia contemnit. Sed prout ævi nostri mores sunt, hinc variè peccatur à multis, qui prolixis ratiocinationibus veritatem studio confundant, qui ex ambiguo loquuntur; ut atrum an album calculum addant, nescias. Veritatis vox est: *Qui facit veritatem venit ad lucem.* Pessimè stabunt ad divi-

*Alban. de
Cardinal.
quæst. 10.*

*Joan. cap. 3.
vers. 21.*

num tribunal, qui fidem iurandumque sic negligunt, dum aliud dicunt, aliud sentiunt, turpi inter Linguam & Animum discordiâ.

Unâ mecum, obsecro, curiam Hierosolymitanam subire, & audire septuaginta duos senatores consilia conferentes. Quæstio erat: Utrum Jes vs Nazareus capite damandus? Hic Caiphas, Annas, hic Rabbi Samuel, Rabbi Simon, Rabbi Josias, hic ceteri omnes voce unâ pronuntiarunt: *Reus est mortis*. Sed & hic Joseph ab Arimathæa unus omnibus restitit: *Hic non consensit* consilio, & actibus eorum. Cogitavit Arimathæus, nobilis hic decur: Quid ego unus ac solus oblueter? tot sapientibus viris contradicam? Contradixit. A toto senatu me disjungam? Disjunctus se. Omnium odium subibo? Subiit, & sententiam dixit, quam sciebat à nemine audiendam, Jes v m Nazarenus videri innocentem. Hæc vera dicendi libertas est. Sic & Nicodemus unus omnium imperum ferens: *Nunquid lex nostra*, inquit, *judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat?* Horatius Cocles dixeris hos viros, qui reliquis omnibus attonitis, & in fugam averfis, hostiles imperus soli remorantur.

Nec prisci tantum in hac laude: Philippus II. Burgundionum dux, libellorum magistrum habuit, qui cum super re rationi & æquitati dissentaneâ consultaretur, omnesque eò propenderent, ut annuendam judicaret, solus Cancellarius reclamavit, ultroque duci sigillum remisit, satis esse ratus, omnem dignitatis splendorem ponere, quam iniquis consiliis, advertebant conscientia, subserbere. Quæ quidem integritas viri exinde Duci adeo placuit, ut eum amplioribus etiam honoribus donandum, paullo post revocaret. Falluntur ergo qui dicendi libertate omnem principum gratiam amitti existimant, cum eam magis ac magis demerentur, nisi principes sint exleges, & magis pro voluntate suâ quam pro ratione stent. Virtus & veritas ubique amabilis, quandoque torvis oculis primo aspectu salatur, sed agnita benignius aspicitur & humanius. Et verò Principis gratiâ meritis excideret, qui sciretur Principem aut veritatis hostem, aut certe illius audiendæ impatientem judicare. Dixerat Cardinali Bellarmino sapiens Clemens Rex VIII. Pontifex Maximus, ad purpuram illum à se propterea evocatum, ut haberet apud se vocem virtutis, à quâ libere inter voces fallentis Aulæ (quæ Principum calamitas est) audiret verum. Proinde injunxerat, moneret serid si quid adverteret pro Ecclesiæ bono posse consultius agi.

Quocirca consilarii, Senatores, Assesores quicunque, uti & mente, sic & lingua sint libera, Neque Ducis ac Reges (quod Estheris monet historia) mendaciorum circulis conentur subvertere; dum aures Principum simplices, & ex suâ naturâ alios estimantes callidâ fraude decipiunt. Quæ res & ex veteribus probatur historiis & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum fudâ depraventur. Præcipuum Consilarii munus est liberè, aperte, ingenuè sententiam proferre, quæ vel Principi vel Reipublicæ futura sit salutatis. Assentatio ante omnia caveatur. Hic multorum scopulus est. Dominorum aures suavis naniis permulcent, omnibus eorum dictis applaudunt, ad omnem auram vellicantur gratiæ; ita non Reipublicæ, sed suam causam agunt. Eodemum audacia prolabantur hi tales, ut cum famulatio regis Cambyfis dicere non vereantur: Regi licere, quidquid libet. Talis Stratocles ille Demetrii, qui non raro illud usurpabat: Quidquid rex Demetrius jubet, id erga Deum esse sanctum, id apud homines esse longè iustissimum. Velit Deus, nullos hodie tales reperiri.

Audite ergo quicumque dominatum in alios tenetis, audite divine æternæque Sapientiæ concionem quâ maxime seriam; sic illa vociferatur: *Præbere aures vos quæ continet multitudinem, & placetia vobis in turbi rationum.*

Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altiſſi-
ma, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur.
Quoniam cum effectis ministri regni illius, non recte iudicatis
nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei
ambulastis. Horrendè & cito apparebit vobis, quoniam iudi-
cium durissimum in his qui presunt, fiet. Exiguo enim concedi-
tur misericordia, potentes autem potenter torment a patientur.
Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur
magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse
fecit, & equaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem
fortior instat cruciatio.

Audite Principum, Regum, Imperatorum Consilia-
riis, regis Josaphati verbis vos alloquor: Videat, ait, quid
faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: &
quodcumque iudicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini
vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud
Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio,
nec cupido munerum: Cum diligentia cuncta facite. Hæc
de Linguâ malè Consulente.

CAPUT X.

Lingua CONTENTIOSA quàm sit exitiosa;
& quàm lites studiosè sint cadende.

Non satis est, pedes laqueis indui, laqueos & linguâ
gerimus, & vertice. Certè complures & sanctis fe-
minis, comis & crinibus velut funibus suspensæ sunt.
Illud formæ miraculum venustissimum Abalon, ingen-
tem laqueorum numerum capite portabat: quot enim
capillos, tot ferè laqueos ferebat qui è quercu pendu-
lum miserè necabant. Qui linguâ latentes ferant la-
queos, innumeri sunt. Cui permillum tot laqueorum
insidias evadere, ingentes Deo gratias agat cum Siraci-
des: qui aperit: Confitebor, inquit, nomini tuo, quoniam ad-
iutor & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum à
perditione, & à laqueo linguæ iniquæ.

Hæresiarchæ olim tot ore laqueos condebant, ut iis
magnam Orbis partem illaquearent. Epiphanius Ar-
rium tam dulcis eloqui fuisse ait, ut brevī tempore
multos sacerdotes, antistites, & septingentas moniales
in suas partes traxerit. De Fausto Augustinus: Faustus
Mantiheorum episcopus, inquit, magnus diaboli laqueus, &
multi implicabuntur in eo per illecebram stultiloquentiæ. Alii
heretici propagatores plerique, si non linguâ, certè ca-
lamo disertissimi, mel & rosas loquebantur, sed laqueos
blandâ manu injiciebant. Decem illi Hebræorum ex-
ploratores, seditiosis concionibus sic populum omnem
inflamabant, ut nemo panem aliud moliretur quàm re-
ditum in Ægyptum. Unicus Judas Iscariotes sic ceteros
Apostolos in Magdalenam concitavit, ut dicerent: Vt
quid perditio hæc? & fremebant in eam.

Quod si duæ linguæ talibus laqueis instructæ con-
veniant, facillimè contentiones inter eas oriuntur, unde
merito Linguæ CONTENTIOSÆ sunt appellandæ. At-
que de his nunc agendum.

§. I.

In homine fatuo id unum sæpe laudari potest, quod
ille stulticiam adeo tegere non possit, ut eam plerun-
que prodar multiplici signo. In his stulticiæ indicis rectè
numeratur, facile & libenter rixari. Salomon id asserit:
Labia stulti miscent se rixis, & os ejus jurgium provocat. Facili-
mum est ira stimulos admoveere homini fatuo, ad lites
& jurgia eum evocare nullius est negotii: eundem au-
tem iterum tranquillare difficillimum. Cantante gallo
gallinaceo vel unico cantant omnes, cane uno latrante
latrant & alii, nec tam cito latratus desinunt, ita fatuus
si incidat in hominem contentiosum, ambo clamare &
extra se ire incipiunt: hic jam plurimum verborum est,
& minimum rationis; utrinque pugnatur felle, utrinque
Tom. I.

A turbulenta vociferatio est. Ubi enim verbis verba suc-
cunt, incendio fomenta præstantur.

Et quoties non verbis solùm stat pugna, sed ab ore
ad manus descenditur; nec jam argumentis, sed pu-
gnis, sed pugionibus aut gladiis res agitur. Hinc sæpe,
si alia desint mala, immortale odium nascitur. Rectè
Basilii: Contentiones, inquit, à principio quidem exiles esse
solent, & facile curantur: at procedente tempore auctæ, insana-
biles omnino evadunt. Siracides hoc confirmat: Certamen
festinatum, inquit, incendit ignem, his sustinens effundit san-
guinem. Ingentia oriuntur mala è litibus, jactura pecuniæ
& famæ, simultates, inveterata odia, cædes. Isaias abbas
dicere solebat: Noli esse contentiosus, ne omnis in te inhabitet
improbitas. Per hoc à beato Paulo didicit, qui à jurgis
gravissimè dehortatus: Noli contendere verbis, inquit, ad 1. Tim. c. 2.
nihil enim utile est nisi ab subversionem audientium. Et Co- vers. 14.
rinthios acriter objurgans: Cum sit inter vos, inquit, & re- 1. Cor. cap. 3.
lus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem vers. 3.
B ambulatis? Vel hinc apparet qui litis, cum toties jurge-
mini.

Contentionis indoles multiplex est & varia. Prima Contetio-
quidem cum cognita veritas in re gravi non leviter op- nis indoles
pugnatur. Piacularis hæc nequa est, & grande nefas. Ni- multiplex.
hil non audebit, qui hoc auder. Altera contentionis in-
doles, cum non magni momenti veritas impugnatur.
Hic scopulus velis & remis vitandus est. Qui enim levia
quæque contentionibus pervellit, suspicionem movet,
se nec in gravioribus foris paratum. Tertia, cum rei non
bene cognitæ audacter contradicatur. Hoc plerunque
fit ardenti litigandi studio, quo rapitur in contentio-
nem animus & propemodum excecatur. Quarta, cum
veritati quidem tuenda, res in litem trahitur, sed sine
modo, & nec suo loco, nec tempore suo: hoc non dispu-
tare est, sed furere. Magnæ virtutis est, paratum esse, Cic. lib. 1.
quod Cicero agebat, & refellere sine perturbatione, & re- Tuscul. 99.
felli sine iracundiâ. Quinta, cum quis nititur tueri veri-
tatem tam exigui momenti, ut plus nocitura sit alter-
catio, quàm controversæ veritatis defensio. Conceda-
mus hoc tibi, militigator, quinque lupos simul à te vi-
sos esse, quid tum postea? tu excaudisti, vociferatus es,
offendisti non paucos, causam dedisti prolixæ simulta-
tis. Quando consultius fuisset, à lite tam sterili linguam
abstinere, quàm moribus tuis maculam tam multipli-
cem afficere? Hoc erat videtur humanitatis officium de-
ferere, qui rixosus est, & contra omnia contendit. Assen-
titur Salomon, &: Homo perverſus, inquit, suscitât lites, & Prov. c. 16.
homo apostata omni tempore jurgia seminat. Ideo rogans: vers. 28. &
Quis ait, viderunt oculi tui ne proferas in jurgio cito, ne postea Prov. cap. 6.
emendare non possis cum debeataveris amicum. Ideo & Job v. 12. & 14.
rogans: Respondete obsecro, inquit, absque contentione. Opti- Prov. c. 25.
mè Plato: Vbi multa rixa, ibi multa injuria. Contentiosa Job. cap. 6.
lingua plagas ambit, & obinet, ideo sibi met agar gra- vers. 29.
tias, cum sentit plagas.

§. II.

ET quamvis omnis contentio fugienda, nec cum Declinau-
ullo mortalium miscenda sit lis, hi tamen inter ho- dus 1. Ad-
mines præcipue declinandi: 1. Adversarius potens: versarius
Siracides monet: Non litiges cum homine potente, ne forte potens in
incidas in manus illius. Per hominem potentem etiam litigio.
magistratum designat: Cum magistratu contendere, vers. 1.
non stulticia, sed insania est. Qui sumptuose petire vult,
controversias alat contra magistratum. Ravissima hic
victoria, si qua tamen est, sine graviore damno non est;
& minus perdit, qui se vinci liberaliter permittit. Opti-
mè Romanus Sapiens: Cum pare, inquit, contendere, an- Seneca lib. 2.
teps est, cum inferiore sordidum, cum superiore furiosum. In ta- de Irac. 34.
li pugna nemo aliud cogitet, quàm vinci. Ergo magi- 2. Dives.
stratum, aut præsides tuos ne tange. 2. Nec cum divi- 2. Dives.
tibus unquam litigandum. Idem Siracides id docet: Non Eccl. cap. 8.
contendas cum homine locuplete, ne forte contra te constituat vers. 2.
litem tibi. 3. Nec cum garrulo rixandum, ut idem sa- 3. garrulus.
Fif 3 pientissimus